







DISPUTATIO NONA,

QVA

ACTA

S. APOSTOLORVM

EX SCRIPTORIBVS ANTIQVIS,

SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-

TRIBVS ECCLESIASTICIS ET AVCTORIBVS

CLASSICIS GRAECO-ROMANIS

ILLVSTRATA,

IOAN. CASP. SANTOROCVS,

Prof. Ord. Antiquit. Graeco-Latinarum, nec non

Poësis, & Pedagogiarcha,

PRAESES,

ET

IOAN. ADOLPHVS LVDOLPHVS,

Hasso-Grifftensis,

RESPONDENS,

*Publicæ Dnm. Commilit. disquisitioni*

h. l. f. Die xxx. Decembr. MDCCXV.

subjiciunt.

IN ACADEMIA MARBURGENSI,

Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typ.





VIRIS ac DOMINIS  
*Plurimum & admodum Reverendis, Doctissimis,*  
DN. CASPARO LVDOLPHO, apud Lichten-  
avienses Pastori Vigilantissimo, ejusdemque Dicecesis Metro-  
politano Meritissimo,

*Patruo suo omni pietate Colendo,*  
DN. IOANNI GVILELMO RHEMIO, ejusdem  
DN. IOANNI HENRICO RHEMIO, <sup>et</sup> Ecclesiae  
Pastoribus & Diaconis Fidelissimis.

Nec non VIRIS ac DOMINIS  
*Consultissimis, Nobilissimis, Spectatissimis, & Prudentissimis*  
DN. IOANNI NEVHEFERO, Civitatis Lich-  
tenaviensis Quaestori Gravissimo,

DN. HERMANNO NICOLAO ANTFELD,  
ejusdem Civitatis Pratori Dignissimo,

DN. IOANNI CHRISTIANO GEHEBE,  
rerum piscariarum Praefecto Dexterrimo,

DN. IOANNI GEORGIO RIEMANNO,  
apud Lichtenavienses Consuli Meritissimo,

*Dnii. Consularibus, reliquisque d. Civitatis Membris*  
*Senatoribus Dignissimis,*

Patronis suis Optimis,

*primitias haec Academicas*

D. D. D.

IOAN. ADOLPH. LVDOLPHVS,  
*Respondens.*







F. N. D. A.  
 DISPUTATIO NONA,  
*Qua*  
 ACTA S. APOSTOLORUM  
 ILLUSTRATA.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. Α. Ι.

VERS. IV.

*versio Lat. Vulg.*

καὶ συναλιζόμενος, πα-  
 ρηγγειλεν αυτοῖς ἀπὸ Ἱεροσο-  
 λύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ  
 περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ  
 Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.

Et convescens, præcepit  
 eis ab Jerosolymis ne disce-  
 derent, sed expectarent pro-  
 missionem Patris, quam au-  
 distis (inquit) per os meum.

§. I.



Utamquam in præced. disputatione  
 VIII. lectionem variantem parti-  
 cip. συναλιζόμενος adeo depexam  
 dedimus, nemo ut Criticorum sa-  
 niorum eidem locum inter genui-  
 nas lectiones variantes jure tribue-  
 re possit, restat tamen, ut (a) pro-  
 missis nostris stemus, & tamquam ex abundanti H E N.  
 A 2 RICI

*Transitio ad  
 examen obje-  
 ction. H. Ste-  
 phani.*

[a] Vid. §. IX. Dispt. VII. & §. ult. Dispt. VIII.



4 ACTA APOSTOLORUM κεφ. α. Ι. ψ. 4.  
RICI STEPHANI objectiones, quas in contrarium  
Theauri sui sinu fovet, ad rigidum examen revocemus.

*Vana H. Ste-  
phani molitio  
perstringitur.*

§. II. Maxima quidem, fateamur oportet, Græcarum literarum cognitione nomen STEPHANI est clarissimum, sed hoc non obstante procul omni dubio pater, quod idem iste multo, non dicam vano nisi molitus sit, suspectam lectionem voc. συναλιζόμενⓄ, præ lectione genuina voc. συναλιζόμενⓄ eligere & defendere. Certè, quod pace tanti Viri dictum, provinciam hanc ita audacter in se suscepit, ut ipse vel negligenter legerit Auct. Græcos, vel oculis aliorum inspexerit, vel eorum, quæ apud illos legit, oblitus fuerit, vel Græcos Codices, cum lectionem voc. συναλιζόμενⓄ rejecit, non consuluerit, sed sibi ipsi, memoriæque confidens scripserit.

*Universa obje-  
ctio Stephan.  
structura de-  
hæneatur.*

§. III. Ut autem fucum, quem Auctor sententiæ suæ illinitæ fecisse, aut saltèrn facere voluisse videtur, eo melius & purius abstergamus, opus erit, ut universam objectionum Stephanianarum structuram breviter delineemus & inferamus. Ita nimirum argumentatur: Ego verò, inquit, (b) nihilominus συναλιζόμενⓄ magis probo I, quod συναλιζόμενⓄ pro συναλιζών nimis durum sit, atque adeò vix ullis auribus tolerabile. II. Deinde, quod hoc verbo ne in voce quidem activa videatur usurvum fuisse Lucas, qui vulgaribus alioqui delectatur. III. Postremo quod non satis apud hic Christus congregare eos (sc. Apostolos) dicatur, cum præcesserit, ὁπτανόμενⓄ αυτοίς, καὶ λέγων &c. imò quoddam hic esse ὑπερον πρότερον. IV.  
At si

[b] *Henr. Stephan. Thef. Græc. Ling. Tom. I. pag. 627. Rad. Aul. Verb. συναλιζωμαι*



At si συναλιζόμενοι, pro συνεδίων accipiamus, multò etiam majus dixerit aliquis, in illius verbi usu esse τὸ φιλόκαλον, & minime Lucae stylo consentaneum. Suo tamen utatur quisque iudicio. Hæcenus Stephanus.

§. IV. Primò Auctor lectionem συναλιζόμενος Respondetur prima Stephani objectioni. magis probat, quia συναλιζόμενος pro συναλιζιον nimis sit durum, atque adeò vix ullis auribus tolerabile. Supponit

quidem STEPHANUS, vocab. συναλιζόμενος pro συναλιζων nimis esse durum, adeoque vix ullis auribus tolerabile, sed I. nullis rationibus id iptum effatum suffulcit, nec II. etiam clarè & distinctè exponit, in quo durities ista & intolerabilitas (ut barbare loquamur) consistat. III. Nec ideo nos obscuram Auctoris mentem hac in parte assequi possumus. Nolumus itaque istiusmodi ἀβλαβία nostrum addere calculum.

§. V. Secundò lectionem συναλιζόμενος præ lect. Respondetur secunda Stephani objectioni. συναλιζόμενος ideo recipiendam putat STEPHANUS, quòd hoc verbo ne quidem in voce (s. significatione) attiva videatur usus fuisse Lucas, qui vulgaribus alioqui delectetur. Quis unquam ita locutus est? Quis unquam ita argumentatus est? Nullus interpretum Græcorum probatorum, nullus, qui vel levissimis Grammaticorum Græcorum elementis rite est imbutus, sed bonus noster STEPHANUS, qui aliàs audit, est, & fuit literaturæ Græcæ scientissimus. Dicat saltèm nobis, si volupe, quæ, qualis, quanta hæc loquendi & concludendi ratio? Ecquid magis NB. *vulgare*, quàm verba *Media*, quibus etiam (c) verbum συναλιζομαι jure suo annumerandum

A 3 cen-

[c] Verbum Medium s. commune definitur, & dicitur id, quòd modo activè, modo passivè usurpatur, & in μαι definit, ita ut hæc-



ensemus, partim in activa, partim in passiva voce s. significatione certis sub cautelis (d) usurpari. Hunc verborum *mediorum* usum satis superque inculcant omnes (c) Grammaticorum & *vulgarium*, & non vulgarium paginarum, quas evolvendas & inspiciendas suademus omnibus & singulis, qui dictis nostris agrè assentire velint. Quod si verò hicce verborum *mediorum* usus adeo communis & *vulgaris*; immo Lucas, Actorum Apostolicorum, Auctor, ipso nostro fatente (f) STEPHANO, NB. *vulgaribus delectatur*, nos non videmus, quid impedimenti obstat, quo minus *συναλιζόμενος* particip. praes. *Med.* in voce s. significatione activa pro *συναλιζων* substitui possit.

Continuatur  
responsio ad  
secundam  
Stephani ob-  
jectionem.

§. VI. Dein non patet, quid sibi velit hoc effatum STEPHANI; *Lucam delectari vulgaribus*? At si Lucas *vulgaribus delectatur*, cur STEPHANUS non exposuit clarè & distinctè, quid per *vulgaria* intelligat? Quod si autem legit Lucam, quem tamen sedulus perlegit, quare non observavit, ejusdem stylum non esse adeò  
*vul-*

---

*habeat non solum formam passivam in' μαι, sed etiam activam in α, ω, vel μαι. Vid. J. Paul. Gumprecht, Blühmenslese der Griechischen Grammatik, Cap. X. von dem Verbo. pag. 378. §. 13. Num. 4. Atq; tale est verbum συναλιζωμαι; Ergo verbis Med. annumerandum.*

(d) Non ubivis, fatemur, verba *Med.* simul & activa & passiva sunt significationis: nam quaedam activam tantum, quaedam passivam, & quaedam alia utramq; obtinent significationem. Atq; hoc discrimen usu melius, quam praecipitionibus colligitur. Vid. Alex. Scoti univers. Grammat. Graec. de Verb. *Med.* Annotation. I. pag. 198.

(c) Grammaticorum, nempe A. Scoti, Jac. VVelleri, C. Baumii, J. Fr. Kæberi, C. Stockii, J. P. Gumprechti, & aliorum.

[f] Confer §. III, Diss. hujus Nona, Num. II.



*vulgarem* : quippe non uno, sed multis in locis exornatus sit elegantissimis dialecti Atticæ Veneribus. Quem verò fugit, hanc ipsam dialectum Atticam s. Demosthenicæ facultatæ non ut *vulgarem*, sed ut singularem, & priariam celebratam fuisse in Græcia; quemadmodum & vice versa Ciceroniana eloquentia in Latio fuit habita præcipua. Quicumque igitur suum nostræ sententiæ calculum addere gravabitur, poterit facere periculum ex floribus illis Atticis, quos ex Luca fragrantissimos (g) *Cass. Wyssius*, & (h) *Georg. Pasor*, Professores de literatura Græca optimè meriti multa opera atque indefesso studio collegerunt. Facessat ergo STEPHANUS, qui ex falso, nescio quo, præiudicio Lucæ Stylum tam *vulgarem* somniavit, ut participio præf. Med. συναλιζόμενος ne in voce quidem activa usus fuisse videatur. Velii, qui longè minorem, quàm STEPHANUS, Grammaticæ & Linguae Græcæ cognitionem adepti sunt, sciunt, purè, & sinè ulla vi dici posse, συναλιζόμενος pro συναλιζων.

§. VII. Tertio, inquit STEPHANUS, quòd *Respondetur* *tertia Stephani objectioni.*  
*non satis aptè hic Christus congregare eos (scil. Apostolos)*  
*dicatur, quum præcesserit, ἐπιγαγόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων*  
*&c. inò quoddam hic esse ὑπερον πρῶτερον.* Nec etiam  
 hæc Stephaniana loquendi & argumentandi ratio satis valida ad eliminandam lectionem συναλιζόμενος apparet.  
 Dormitasse hic iterum videtur STEPHANUS, uti bonus interdum dormire solet Homerus. RESP. I.  
 Non quidem ibimus inficias, Christum convenienter  
 ver.

[g] C. Wyssius, *Profess. Tigurinus Dialectolog. Sacr. Num.*  
 I. -- XIX, pag. 4. -- 266.

[h] G. Pasor, *Grammatic. Græc. N. Testam. Append. IV*  
 de *Dialect. N. Testam. §. VII.* -- L. pag. 659. -- 678.



verfui tertio Cap. primi Act. Apostolicorum visum ab Apostolis, & cum ipsis de regno DEI disertè locutum fuisse; hoc tamen non obstante, satis aptè dici poterit, Christum denuo suos congregasse Apostolos, cum in finem, ut iisdem hoc versu quarto, Cap. I. Act. mandaret, ab Hierosolymis non discedere, sed Patris caelestis expectare promissionem. Quis ergo interpretum facilè affirmaturus esset, quoddam hic esse ὑπερον πρότερον. RESP. II. Quodsi autem (ponamus casum) hic revera esset ὑπερον πρότερον factum, nec id lectionem participii συναλιζόμενος planè tolleret, nec etiam ab omni stylo scripturario omnino foret remotum. Est enim, ut Philologiae sacrae cultores, inter quos (i) Clar. Sal. Glassium confulimus, rectissimè observent, istiusmodi *synchysin* s. ὑπερολογίαν, quae nihil aliud est, quàm ὑπερον πρότερον, vel potius quadam quasi verborum trajectio & commixtio, in S. literis esse frequentissimam, ita ut non duntaxat in vocibus simplicibus & conjunctis, ut & in propositionibus integris, sed etiam in continuis sermonibus atque distinctis rerum actarum narrationibus locum habeat saepissime.

Respondetur  
quarta Stephani  
objectioni.

§. VII. Quartò pergīt STEPHANUS objectionibus suis inhaerere dicendo: *At si συναλιζόμενος pro συνεδίω accipiamus, multò etiam majus dixerit aliquis, in illius verbi (scil. συναλιζομαι) usu esse τὸ φιλόκαινον, & minime Lucae stylo consentaneum.* Argumentatur STEPHANUS sub conditione i. e. incertus, ita ut, quicquid in buccam venerit, effutiat. Si videlicet συναλιζόμενος accipia-

[i] Vid. Salom. Glass. Philolog. sacr. Lib. IV. Tractat. II. figur. Grammat. de Synchys. Observat. XXIII. -- XXX. pag. mihi 1247. -- 1260.



cipiatur pro *συνεδίων*, *convalescens*, argumentario Stephanaiano aliquo modo procedit; ast ipse noster (k) Auctor adversarius vocabul. *συναλιζόμενος* pro *συνεδίων* non accepit: ergo Auctor ipse apertæ cujusdam *ἀβλεψίας* reus existit, & falso argumentatur, quòd nempe *μυτὸ* etiam majus aliquis dicat, in illius verbi usu esse τὸ *φιλόκαλον*, & minimè Luca stylo consentaneum. Præterea ipsa STEPHANI consequentia fulcro satis ficulneo innititur: nequaquam enim hoc sequetur conclusum; Si *συναλιζόμενος* pro *συνεδίων* accipiamus, quòd tunc *μυτὸ* etiam majus aliquis dixerit, in illius verbi (*συναλιζομαι*) usu, esse τὸ *φιλόκαλον*, & minimè Luca stylo consentaneum. Nam *συναλιζόμενος* pro *συνεδίων* haud est dicendum *φιλόκαλον*, quoniam Athenæus, Chryostomus, Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, & alii Græcarum literarum scientissimi, item Syriaticus & Æthiopicus interpres verba *ἀλιζέω* ac *συναλιζέω* pro *συνεδίων* i. e. in *convalescendi* significatione usi sunt. Id autem quo jure, quave injuria factum, excutiemus, quando ordo nobis præscriptus appetet atque deposcet, ut genuinam versionem seu (l) significationem vocabuli *συναλιζόμενος* accuratè & rigidè examinemus.

§. IX. Tandem STEPHANUS objectionum suarum molimentum depositurus sibi ipse diffidere quasi videtur, & coronidis loco hæc verba adjecit: *Συνομεν νεαται quisq; iudicio.* I audamus merito hanc STEPHANUS

*Stephani objectionibus finis imponitur.*

B

PHA-

[k] H. Stephanus *Thef. Græc. ling. Tom. I. sub radice καις. in verb. Αλιζω.* Ex quo loco, si evolutus fuerit, non obscurè patecet, quòd Stephanus particip. *συναλιζόμενος* nolit vertere per *συνεδίων*.

[l] Confer. *Disputat. nostram. VII. Part. I. §. 1. Num. II.*



10 ACTA APOST. SANCT. ILLUSTR. κεφ. α. I. ψ. 4.  
 PHANI modestiam: quippe nemini invito suam sententiam credendam obtrudere laborat. Atque id etiam nobis facultatem aperit, nostro *judicio* liberè utendi & certè concludendi, (m) lectionem συναλιζόμενⓄ esse rejiciendam, ejusque loco lect. συναλιζόμενⓄ retinendam. Ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Q. E. D. Nunc equidem restaret, ut ad reliquas lectiones variantes (scil. συναλισιόμενⓄ & συναλισιόμενⓄ) examinandas properaremus, sed, cum & spacii, & temporis sit habenda ratio, de iisdem DEO volente proxima Disputat. decima agere constituimus.

M. ○ Δ.

[m] *Quod lect. var. συναλιζόμενⓄ rejicienda, professa opera preced. Disputat. VIII. demonstravimus.*

Finis Disputationis Nonæ.

ANNEXA MISCELLANEA.

I.

*Massurius Sabinus primus fuit, cui potestas de jure publicè respondendi data est.*

II.

*C. Sigonii definitionem, quæ definit, provinciam esse regionem, quæ jus provinciale sit consecuta, ut non satis aptam rejicimus.*

III.

*§, VIII. Institut. de R. D. non contrariatur Leg. 9. ff. de R. D.*

IV.

*Quidam impuberes potuerunt facere testamenta.*

V.

*Ex Jure Rom. muri, non portæ, ad res sanctas spectant.*

V. Ex



VI.

*Pontifices Romani possunt certo sub respectu appellari*  
 die Römische Brücken-Machers.

VII.

*Leg. 6. §. 1. ff. de excus. per Negodevras, i. e. Circula-  
 tores s. circuitores vel circumforaneos Medicos non sunt  
 intelligenda propudia illa Medicorum, qui hodie vulgo vo-  
 cantur. Circumforanci & Agyra, Marckschreyer und  
 Störger &c.*

VIII.

*Versionem Vulgat. Lat. V. & N. Test. ad eò authen-  
 ticam esse, ut de eadem certissime constet, quòd profecta sit  
 ab immediata inspiratione divina, negatur.*

IX.

*Generale quoddam contra errores remedium est, rò  
 nunquam judicare, nisi de rebus clarè & distinctè perceptis.*

P R Æ S E S

ad

*Dn. Respondentem.*

**V**ulgo flagitium triplex  
 Circa pectus erit, qui sapientiæ.  
 Contemnit studium pium.  
 At, LUDOLPHE, Dei gratia Te regit,  
 Ut missis vitiis malis  
 Constante studeas recta capeffere.  
 Ergo perge: nihil grave  
 Apparet. Superat cuncta frequens labor.  
 Virtuti nihil arduum.  
 Fac, sublime peras usque; nec improbi  
 Vulgi per petulantiam  
 Mutis pone moras ac obicem tuis!

Esse



**E**ste *Ludolphorum* numero, qui nomine clarent  
 In orbe literato,  
 Non est magnus honor; sed nomina clara imitari,  
 Hoc mentis est polita.  
 Tu, *Ludolphe*, geris Majorum nomen: ut omen  
 Accedat, opto fervens.

Ira gratulabundus applaudit

P. HARLAH, Bremanus.

**W**ill Er heut/ Werther Freund/ auff das Catheder  
 schreiten/  
 Woselbst der Weisheit Gold wird täglich aufgelegt?  
 So soll die Mula Ihndarzu ein Wunsch bereiten/  
 Weil Sie besondern Zug zu wünschen bey sich hegt:  
 Fahr Er derwegen fort/ wie man hat angefangen/  
 Und zeige seinen Fleiß durch eignen Tugend-Trieb  
 Wodurch Er endlich kan zu sichrem Port gelangen;  
 Die Mula lobt dis Werck: die Arbeit ist ihr lieb.

Dieses wenige wollte dem Hrn. Respondenten  
 zur schuldigen Gratulation mit beifügen.

Johann Henrich Simon/ Hasso-Cassellan.  
 Jur. Stud.





Jé 2511

ULB Halle 3  
002 379 813



7200

VD 7 VD 18











DISPUTATIO NONA,  
QVA

# ACTA

S. APOSTOLORVM  
EX SCRIPTORIBVS ANTIQVIS,  
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-  
TRIBVS ECCLESIASTICIS ET AVCTORIBVS  
CLASSICIS GRAECO-ROMANIS  
ILLVSTRATA,

IOAN. CASP. SANTOROCCVS,  
Prof. Ord. Antiquit. Graeco-Latinarum, nec non  
Poëfios, & Pædagogiarcha,

PRAESES,  
ET

IOAN. ADOLPHVS LVDOLPHVS,  
Haffo - Grifftenfis,  
RESPONDENS,

*Publicæ Dnm. Commilit. difquisitioni*  
h. l. f. Die xxx. Decembr. ciccxcv.  
fubjiciunt.

IN ACADEMIA MARBURGENSI,  
Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typ.

